Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30328
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



Omnia que mouentur quando veniunt ad proprium locum quiescunt
Oportet veritatis inquisitores non esse inimicos
Omne corruptibile de necessitate corrumpetur

A 2i de celo et mundo

Celum mouetur sine dolore et pena
Nullum violentum est perpetuum
Celum est rotunde figure
Figura sperica et rotunda est nobilissima omnium figurarum
Natura ex possibilibus semper facit quod optimum est
Opposita iuxta se posita magis elucescunt
Melius est scire modicum de rebus nobilibus quam de rebus ignobilibus
Magis diligimus illa scire de quibus maximam dubitationem habemus
Per causas et debiles rationes quam notiora quam per rationes efficaciores

A tercii de celo et mundo

Ordo est propria natura rerum naturalium Commentator
Tria fecerunt auicenna errare scilicet in experientia
confidentia proprii ingenii et ignorantia loyce
Impossibile est diuisibile componi ex indiuisibilibus

A quarti de celo et mundo

Grauia et leuia mouentur ex se ipsis ad sua loca naturalia
Leue sursum mouetur graue deorsum // preter ignem
Vacuum nichil est Omnia corpora in substantia sunt habentia grauitatem

Auctoritas de generatione et corruptione

Omnium transmutationem ad se inuicem habentium causa est materia prima
Ad pauca respicientes de facili enunciant
Generatio est corruptio alterius
Omne agens naturale in agendo repatitur